

teum et preparat locum domino. ps. testan-  
te qui dicit. **I**usticia et iudicium preparatio  
sedis tue. **Bern.** Diligit deus animas. que  
in conspectu eius sine intermissione sine dis-  
simulatione diiudicat semetipsam. id est iu-  
diciam non nisi propter nos a nobis erigit.  
deus. quia si nosmetipsos diiudicauerimus  
non vobis iudicabimur. quod dominus monere  
studuit cum dixit. **Cum** feceritis que prece-  
pta sunt vobis. dicite. serui inuiles sumus  
quod debuimus facere fecimus. **Secundo** ha-  
beamus misericordiam ad proximos. omnia  
eorum facta misericorditer iudicantes bona  
eorum facta magnificantes et mala fideliter  
excusantes. **hinc Bern.** Late serue dei alie-  
ne conuersationis esse. aut curiosus explora-  
tor. aut temerarius iudex. etiam si perperam  
actum reprehendens. nec sic iudices proxi-  
mum magis autem excusa intentione si opus  
non potes. puta ignorantiam. puta casum.  
puta surreptionem. et si omnino omnino dissi-  
mulationem rei certitudo recusat. suade ni-  
hilominus tibi et dicitur apud te. **Vel** xmes  
nimis fuit ista temptatio. quid de me illa se-  
cisset si accepisset in me similiter potestatem?  
**Tertio** ambulandum est sollicitate coram deo  
qui tanta sollicitudine nos et omnia opera no-  
stra intuetur. ut etiam dinumeret gressus no-  
stros. **Job.** Tu quidem gressus meos dinu-  
merasti. et illud ps. **Omnes** vias meas pre-  
uidisti. **Qua** sollicitudinem competenter co-  
ram deo gerimus. si omni cautela et omni di-  
ligentia caueamus displicentiam et placen-  
tiam ingeramus. **Secundo** Quinto deus ha-  
bitans in nobis omnem vitam nostram san-  
ctificat interiora nostra diuinitus inspirans  
quod contingit cum per priora exercitia  
bene humilitati. dispositi et preparati senti-  
mus in nobis flagrantem ignem caritatis.  
qui ex superabundanti copia omnium gra-  
tiarum in nobis conflatur copiosas benedi-  
ctiones secum ferens. sic enim dicitur gene-  
si. **Et** persona dei venientis ad animam. **Uo-**  
dicum habuisti antequam venirem ad te. nunc  
autem benedixit tibi deus ad introitum me-  
dium. **hinc deuterio.** **I**pe venit plenus bene-  
dictionibus. nam per inhabitantem deum in

cordibus nostris. dicitur nobis iterum deu-  
tero. **Benedictus** eris ingrediens et egredi-  
ens. benedictusque tibi dominus in cunctis opi-  
bus tuis. **Ex** his benedictionibus tamen tres  
breuiter nominemus. **Veniens** enim deus  
ad animas tres benedictiones pre ceteris se-  
cum fert. scilicet benedictionem mutationis  
augmentationis et sanctificationis. **Primo**  
dico auferit secum benedictionem mutatio-  
nis. mutans maledictionem veteris homi-  
nis in benedictionem. nam antequam dominus  
veniret ad nos subiucimus maledictioni  
illi qua dicitur. **Maledicti** qui declinant a  
mandatis tuis. et illi qua dicitur. **Maledi-**  
**ctus** qui seruit indignis se. et quia fuit inuis  
incipio corporis nostri. quod reuera indi-  
gnus et ignobilis est quod nos. et persequens  
dyabolo et peccato. de quo dicitur. **Qui** facit  
peccatum seruus est peccati. ideo ex his omni-  
bus fuimus maledicti. et hec maledictio com-  
mutata est in benedictionem ex cuius virtu-  
te omnia nobis modo cooperantur in bonum.  
**Secundo** apporat secum benedictionem au-  
gmentationis. cumulas super nos incremen-  
ta meritorum. et dicens nobis illud **Gene.**  
**Benedixit** deus illis et ait. **Crescite** et multi-  
plicamini et replete terram. at si benedictio  
nobis dicat. **Crescite** in meritis et replete ter-  
ram corporis vestri virtutes et merita cumu-  
lantes. **Tertio** benedicit nobis benedictione  
sanctificationis. quia ex eius in habitatione  
intra et extra per omnia sanctificamur. de qua  
dicit **Psalmista.** **Hic** accipiet benedictio-  
nem a domino et misericordiam a deo salu-  
tari suo. **Hoc** totum operante in nobis do-  
mino iesu christo etc.

XXXIII. De sancto Gregorio.

**N**egociamini dum  
venio. **Et** dicit bernardus.  
Secure negociabor precipiente domino meo.  
Non enim paruum mihi fiducie robur pre-  
stat. quod ille summus imperator factus est ne-  
gociator meus et negocium meum sine ocio  
egit quod diu fuit in terris. **Quia** gloriosus iste  
princeps beatus gregorius inter supremos  
negociatores fidelis et prudens extitit nego-

ciator: ut non solum in tempore suo: hoc est  
in vita sua verbo et exemplo negotia domini  
sui fideliter perageret: sed usque in presentis tem-  
pus: imo usque in diem novissimum scriptis  
suis dulcissimis dei ecclesiam edificet ad edi-  
ficationem tabernaculi quod est ecclesia con-  
portans aurum et lapides preciosos: ita ut  
de illo veraciter dici possit illud Zach. xiiij.  
Non erit mercatorum locus in domo dei: subau-  
di similis illi. Et illud Eccl. Non est inue-  
tus similis illi in doctrina moralitatis: et hoc  
de laude eius breviter tacta sufficiunt: quod  
ait Ambrosius. Eius laudi aliquid addidisse  
decepte est. Ipse est enim de quo veraciter  
dicitur. Euge serve bone et fidelis: quia  
super pauca fuis fidelis supra multa te consti-  
tuam: quia inuentum est cor eius fidele: si-  
cut dicitur Ecd. Nunc conuertamur ne-  
gociationem ad nosmetipsos: eo quod etiam no-  
bis dicitur sic verbum propositum scilicet Ne-  
gociamini dum venis: et negociemur in spi-  
ritu iusticie homo in domino: eo quod illa ne-  
gociatio melior sit negociatione auri et argen-  
ti: sicut dicitur prover. ij. Verum quia illa  
loca apra sunt ad lucrandum ubi non longe  
ab invicem sunt loca multa forensia et mul-  
te nundine in vicinis: eo quod mercatores sua  
mercamenta ad eadem loca vicina possunt  
faciliter transportare. Ideo volentes merca-  
ri et negociari quod in eternum ei perdat: in-  
grediamur interiora nostras: colligentes sar-  
cunculas nostras: id est intellectum et affe-  
ctum: et mentaliter discurremus ad loca vi-  
cina: que et si longe distare aliqua videantur  
ut prope celum et infernum: spiritui tamen pro-  
ptina sunt et mente velociter omnia percur-  
rere possumus sine quoties obstaculo retar-  
dante: quia in imagine velociter currit bo-  
mo: ut in actu oculi pertranseat multa loca.  
**¶** Primum ergo collectis sarcunculis no-  
stris intellectu et affectu scilicet curramus in-  
trosum ad nundinas: id est ad negotiatio-  
nes et mercamenta peccatorum: secundo ad nun-  
dinas defectuum nostrorum: tertio ad conside-  
rationem beneficiorum: quarto ad nundinas  
inferorum: quinto ad forum regni celorum: sexto  
ad vanitatem mundanorum: septimo negoci-  
emur aliquid apud deum deorum. Hec profe-

quentes per ordinez: primo negociemur de  
ea materiam peccatorum nostrorum: ponderan-  
tes mensurantes et numerantes in agni-  
tudinem longitudinem et multitudinem pec-  
catorum. In his nundinis tandem nos ex-  
ercentes quousque lucratur merces omnibus  
mundi divitiis meliores: quod est peniten-  
tia salutaris. Nam in ponderibus et mensu-  
ris datur et accipitur aliquid: sicut nos de m-  
pondera peccatorum et accipiamus penitenti-  
am: que commutatio nobis erit utilior quam  
mundi divitiis acquisivisse. Et hoc est pri-  
mum luctum quod in hoc primo commercio  
lucramur sine quo nullum luctum in reliquis  
consequamur. Quod si hoc luctum scilicet peni-  
tentiam iterum ad aliud lucrandum sicut pru-  
dentes mercatores faciunt: videntur et poni-  
mus consequimur pro illo thesaurum verum  
meliozem remissionem videlicet peccatorum.  
Hec enim se consequitur ad invicem: ut pro  
fidei ponderatione peccatorum datur peni-  
tentia: et pro vera penitentia accipiat remis-  
sio peccatorum: hinc Bern. Ad veram cog-  
nitionem peccatorum immediate sequitur pe-  
nitentia: ad quam sine ullo intervallo subun-  
gitur remissio: nam qui vere cognoscit ma-  
lum quod ex peccato incurritur: a peniten-  
tia se non poterit continere: multoties de-  
us cui proprium est miserere et parcere re-  
missione se continet ubi viderit penitentiam  
veram esse: hoc ergo magno lucto consecuto  
ad alias nundinas properemus. **¶**  
Secundo ergo curramus ad nundinas defectu-  
um nostrorum: hoc enim mercatio immedi-  
ate sequitur ad predicta. Hec enim sen-  
tens se per alleviationem conscientie et par-  
testationem spiritus sancti remissionis gratiam  
consecuto murata devotione accingit se ad  
granas referendas: sed ecce assunt qui nos  
impediunt defectus nostri et relique pecca-  
torum inquietantes nos et impediennes ne  
ad gras referendas caput erigere valeamus.  
et tunc primum incipit apparere nostri negoti-  
cij difficultas. Cum enim ex prima grana crevit  
voluntas ut prima sit ad faciendum: quod non  
uit placitum esse deo: et ipsi defectus adhuc  
voluntate sit dolor super dolo: a pietas nostra

iugens plus defect? q̄ prius ip̄a peccata: et  
 hoc est q̄ dicit Bernardus. Benignus dñs  
 non permittit electum suum in principio tē  
 p̄am supra illud quod potest. vñ fit vt nec  
 damni quantitas nec recuperandi difficul  
 tas quanta est innotescat: sed postea inno  
 tetat aequaliter: nisi difficultas et frustra spe  
 rata facilitas euanescat. In hoc ergo foro: si  
 tamen his mundanis fideliter intenti fueri  
 mus. mercabimur lucrum bonum et vtile.  
 quod in thesauris spiritualibus non medio  
 creter emittat. et hoc est humilitas que p̄ ce  
 teris virtutibus placet deo: que sup̄ omnes  
 mundi diuitias ditiozem facit hominem et  
 esse gratiozem apud deum. de cuius gratitu  
 dine dicit dominus per Esa. Ad que respi  
 ciam nisi ad humilem et quietum et tremen  
 tem verba mea: hinc Bern. Insipiens et in  
 sanus est quicumq̄ in sapientia vel in alijs  
 quibuscunq̄ vite meritis q̄ in sola humili  
 tate confidit. **¶** Sopitis ergo et alijs  
 quantum mitigatis defectibus nostris ter  
 cio discurremus ad mundanas beneficiorum  
 dei. estimantes quis. qualia. quanta benefi  
 cia nobis dedit et inuenim? q̄ in debita mi  
 serano q̄ gratuita dignatio. q̄ stupēda dul  
 cedo inclinauit deum vt nostri memoriā ta  
 liter haberet. Quis enim est iste benefactor?  
 Reuera deus cuius magnitudinis non est  
 finis. qui bonorum nostrorum nō indiget suf  
 ficiens sibi: et tamen cor suū dulciter posuit  
 super nos miseros et indignos. ac si ex gra  
 tia nostri dependeat omne bonum suum.  
 Qualia autem et quanta beneficia nobis cō  
 tulerit? Sciendū q̄ contulit nobis optima  
 queq̄. Quid enim melius homine gloriifi  
 caro. quid melius celo tanto hospite sanctis  
 et angelis illustrato. quid melius deo cū oī  
 bus optimis suis nobis in perpetuum cō  
 municato? De quibus optimis dicitur. i.  
 Re. ix. Cuius erūt optima queq̄ in israel:  
 et subiungitur. Nonne tibi? Item deuter.  
 xxxij. Aperiet dominus thesaurū suū opti  
 mum scilicet celum. Quanta autē contule  
 rit nobis? Dico q̄ omnia. nihil ex omnibus  
 sibi referuās. hinc ps. Omnia subiecisti sub  
 pedibus eius. Item apostolus. Omnia p̄  
 p̄ter electos. Ex his mundanis si tamen pre

ciofa queq̄ eius non dissimulabimus) no  
 bilissimam margaritā mercabimur quā di  
 cimus caritatem: nihil enim tam facile in  
 clinat hominem ad diligendum sicut bene  
 ficia largitoris. hinc ait Aug. Ad dei dile  
 ctionem in nobis excitandam. nutriendam  
 augmentandam. nihil ita valet sicut benefi  
 ciorum eius frequēs et diligens recordatio  
**¶** Quarto aggredere et ingredere regio  
 nem dissimilitudinis mundū scilicet istum  
 et vide q̄ frequētes sint ibi mundicie: quāte  
 germinant et regerminant vanitates. Uade  
 ergo sic per forenses tumule? et hinc inde de  
 certantes circumspice. Et quantum colligo  
 in tribus causis. narat omnis voluptas. Alij  
 enim diuitijs. alij carnis delicijs. alij glorie  
 innituntur. Nam de diuitijs dicit Bernar.  
 Curas ad indiam. et iohanniam circūis. tran  
 sis maria: et alium tibi orbem aperis nauigā  
 do vt diuitias aggregates iugis patriā. igno  
 ras filios. diuelleris ab vxore et omnium ne  
 cessitudinum oblitus queris vt acquiras. ac  
 quiris vt perdas. perdis vt doleas. et hoc p̄  
 diuitijs. Audi breuiter de honoribus. duces  
 te constituerūt et data est tibi facultas vt mi  
 ser sis et amplius non quiescas: cumulat  
 materia sollicitudinum. Nunquid in hono  
 re sine dolore. in prelatione sine tribulatione.  
 in sublimitate sine uanitate quis esse poterit?  
 Si ergo queris gloriam: omnibus inuidie se  
 mina prebueris. Idem iudicium est de car  
 nis delicijs. In breui transit voluptas ip̄a  
 et infectā fētidamq̄ infelicem relinquit me  
 moriam. Contemne igitur hec omnia. et de  
 his omnibus mundanis lucrare mummuz  
 scilicet contemptum mundi qui plus p̄fert  
 utilitatis q̄ mūdi machina vniuersa. Qui  
 to curre ad mundanas infernales: quas itez  
 describit Bern. sic dicens. Illa regio est re  
 gio dura. regio timescenda. locus afflictōis  
 terra obliuiois. terra miseriarum. terra tur  
 binis et caliginis. terra maledictionis et mor  
 tis. in qua nullus ordo. sed sempitern⁹ hor  
 ror inhabitat. Tetus tremo ad frigus illud  
 horrendum. ibi fetor intolerabilis. ibi percu  
 tientes mallei resonant incessanter. ibi con  
 fusio tenebre cumulatius densentur. ibi con  
 fusio peccatorum. ibi terribilis et horribilis

facies demonum. ibi fletus et stridor denti-  
um. ibi est penarum diuersitas. acerbioris  
eternitas. **C**urre per has tumultuantes nu-  
dinas: et ne moriens uiuens descendas in in-  
fernum lucrare ex his omnibus odium pec-  
cati dicens in corde tuo. **N**elitus est carere  
presentibus voluptatibus quibus in sempiternum  
subiacere illis cruciatibus. **A** **T**ertio  
currendum est ad nudinas regni celorum: ad  
regionem gloriosam: gaudiosam et voluptu-  
osam. **A**d regionem gloriosam. quia ibi uniti  
deo erimus gloriosi nimis valde. de qua glo-  
ria dicit dominus per **Esa. xiiij.** Erunt reges nu-  
trici tui et regine nutrices tue: vultu in ter-  
ra demisso adorabunt te et puluerem pedum  
tuorum lingent. et scies quia ego dominus super  
quo non confundentur qui expectant eum.  
**S**ecundo ipsa etiam est regio gaudiosa. quia tot  
sunt ibi gaudia quot sunt ibi sancti et ange-  
li congregati. **D**e quo dicit **Esa. lxx.** Gau-  
debis et exultabis usque in sempiternum.  
**D**e hac leticia dicit **Bern.** Si haberes ali-  
quem quem sicut te ipsum amares: de eius bono  
sicut de proprio gauderis. haberes ergo gau-  
dium duplicatum. si vero duos vel tres vel  
plures tibi pares in amore possideres et eos  
simili felicitate conspicuos cerneres. nunquid  
pro eorum leticia in te multiplicaretur gau-  
dij magnitudo? **P**otest ne ergo illius gau-  
dij modus a quoque homine penetrari cum vl-  
tra mille milia et decies centena milia innu-  
merabiles sint: et omnes beatitudine eadem per-  
fruantur: nec ullus eorum sit qui non tantum  
de bono alterius gaudeat quantum de proprio  
que omnia nimis habent respectum eius quem  
supra se vident: quem cum vident nos amant  
te longe amplius quam nos ipsi nos amemus  
ideo gaudebimus de sua gloria multum ni-  
mis valde. **T**ertio consideremus: quia re-  
gio ista est voluptuosa. de cuius deliciis dici-  
tur in **ps.** Inebriabuntur ab ubertate vitium et  
torum. voluptuosa pota eos. **I**uste autem nomine  
torrentis celestes deliciae nuncupantur. **Q**uia  
sicut torrens ex multis riuulis confluentibus  
facit inundationem. sic celestes deliciae ex deo et  
sanctis omnibus et angelis in nos fluunt: nec  
solum ex omnibus in nos fluunt sed in nos  
totos. alioquin quemodo erit deus omnia in om-

bus. si in homine de homine aliquid remane-  
bit? **H**ec ergo si fideliter perspecta fuerit  
mercabimur inde lucrum gloriosum et lu-  
crum vtile: videlicet desiderium supernorum  
quo adepti nihil amplius libet in terris cu-  
pientes dissolui et esse cum christo. **S**  
**S**e primo currendum est ad nudinas glorio-  
sas et omnibus meliores quas deus possidet  
in seipso. de quo et si nihil dici poterit dignum  
eo quod lucem habitat inaccessibilem. et ideo  
eius scientia exuperat omnem sensum. aliquid  
tamen de his que sub ipso sunt balbuciendo  
loquamur. quia ipsa sunt que in tempore visitati-  
onis. ut ait **Esa.** replent templum id est ani-  
mas contemplationum: non enim ipse videtur  
quia ut ait **Joban.** Deum nemo vidit unquam  
sed que sub ipso sunt utrumque ab anima sen-  
tiuntur: et hoc est quod ait **Gre.** Anima spi-  
ritus sancti gratia afflata. per figuras quasdam  
deum videt. sed ad ipsam vim eius essentie  
non peruenit. **D**e his ergo que sub ipso sunt  
tria contemplantur et contemplando time-  
mur: scilicet iudiciorum profunditatem. dul-  
cedinis bonitatem et maiestatis sublimitatem.  
**I**n quorum contemplatione si tantum profe-  
cerimus ut affectus noster hauriat et secundum ea di-  
uinitus afflatur et afficiatur: tria lucra inde  
reportabimus omnibus mundi diuitijs mel-  
liora: scilicet pauorem. dulcorem et stuporem.  
**I**ta videtur hec singula de singulis illis surgant.  
**N**am pauorem de iudiciorum profundita-  
te. dulcorem de dulcedinis bonitate et stupo-  
rem de maiestatis sublimitate reportamus  
contemplando. **I**n prima contemplatione  
stetit **ps.** cum dicebat. **J**udicia dei abyssus  
multa. **Q**uanto pauore paulus prostra-  
tus exterritus: cum tremens ac pauens dixit **Ro-  
ma. xi.** **A**ltitudo diuitiarum sapientie et  
scientie dei: que incomprehensibilia sunt iu-  
dicia eius et inuestigabiles vie eius. **I**n se-  
cunda stetit **psalmista**: cum dixit. **M**agna  
multitudo dulcedinis tue domine. **T**rem  
sapientie. **Q**ui bonus et suavis est domi-  
ne spiritus tuus in nobis. **D**e ambobus autem  
idem dicit in eodem. **C**lide bonitatem et seueri-  
tatem dei. in eos quidem qui ceciderunt seueritatem  
in te autem bonitatem si tantum primas in bonitate alio-  
quin tu excideris. **D**e scio. **S**tupore maiestatis

dicit Bern. Precipua & maxima contem-  
platio & admiratio maiestatis. Hoc requi-  
ritur cor purgatum a vitijs liberatum atq; exo-  
neratum a peccatis: vt se facile possit ad sup-  
erem leuare vt interdum per aliquas molulas  
stupore & extasi suspensum teneat amiran-  
tem: de qua etiam dicit Greg. Tunc dei ma-  
iorem maiestatem miramur: cum in cõtem-  
platione eius obstupescendo obmutescim?  
plus musitare cupientes q̄ verbis exprime-  
re valeamus: non inuenientes verba ydo-  
nea ad tam sublimia exprimenda: hoc agen-  
te iesu christo etc.

XXXIII. Sermo scõs de eodem

## Accipite discipli-

nam per sermones meos & prode-  
rit vobis. Sap. vi. **Q**ui

dicit Greg. de quo nobis est sermo. si mētis et  
corporis euagatio per discipline censurā cõ-  
pescitur: runc spirituale edificium ad deum eri-  
gitur: nam quo disciplinata mens extra se  
euagari compescitur: eo supra se surgere cõ-  
pescitur: q̄ in altum arbor crescere non po-  
terit que per ramos se diffundere nõ probi-  
betur: que si primo inferius constringitur in  
altum ite compellitur: sic & cum riuos font-  
um obstruimus: fluenta contra suam natu-  
ram sursum fluere cõpelluntur: sic si p̄ disci-  
pline censuram inferius coartamur: sursum  
ad deum faciliter eleuamur. Dicit ḡ beatus  
Greg. qui de disciplina morũ & virtutũ su-  
per omnes doctores disseruit. Accipite disci-  
plinam per sermones meos editam & proderit  
vobis. In quibus verbis duo facit. Primo  
enim pponit suam exhortationē. Scõdo ex-  
hortationis fructificationē. Primũ ibi acci-  
pue disciplinā: scõm ibi & proderit vobis.  
Cum ergo s̄m Bern. omnes homines  
natura equales genuerit: quicquid boni v̄  
mali hominibus accesserit: ex discipline dili-  
gentia vel eius negligentia habet ortum: et  
ideo in genere morũ nullũ bonũ meli⁹ inue-  
nitur: qua fit vt bona que fecerimus ita spi-  
ritualia q̄ corporalia per disciplinam ad or-  
nata recidantur coram deo & hominibus gra-  
tiosa. Nam in agendis & patendis pl⁹ me-  
ritur in adiuncta disciplina morum q̄ in

exhibitionibus factorũ. Non enim sufficit  
vt quecunq; bona opera faciamus: sed vt ea  
cum disciplina & diligentia exhibeam⁹. qd̄  
in deuterio facere monemur cũ dicitur. Ius-  
te quod iustum est exequaris. Iuste enim  
quod iustum est facimus cum iustuz opus  
deo cum disciplina debita exhibemus: hinc  
ps. Deus glorificatur in consilio sanctoruz  
ac si dicat. Plus glorificatur deus in consi-  
lio quo cõsiliamur & conamur: vt bona que  
facimus discipline & decenter dño exhibe-  
antur q̄ in ip̄is opibus sine illo. Vt grata  
autē sit disciplina dño patet per eius descri-  
ptionem quam ponit Bern. ita dicens. Q̄  
q̄ compositũ reddit omnē statum corporis  
nec non & mentis habitũ disciplina: ceruicē  
submittit: ponit supercilium: componit vul-  
tum: ligat oculos: cachynnos cohibet: gula  
frenat: iram sedat & fornicationem incessum.  
Est autē quadruplex disciplina quattuor i  
locis vite nostre si proficere cupimus adbi-  
benda: scilicet in cordis cogitatione: oris lo-  
cutione: morũ & totius vite moderatione et  
corporis castigatione: que omnia per causam  
& diligentem disciplinā sunt subtilissime re-  
gulanda. Primā ergo disciplinam appona-  
mus cordi: eo q̄ ab ip̄a vita procedat: nam  
vt ait Bern. Frustra siccatur riuus si fons  
ip̄e non fuerit obturatus. Cui si debita di-  
sciplinam suare cupimus tres ei custodias  
deputemus: vt videlicet ip̄m primũ ante  
omnia in omni puritate & mundicia cõser-  
uemus: scõdo vt deum & eius bona continue  
cogitemus: tertio vt ip̄m virtutibus adorne-  
mus. Primo dico cor nostrum in omni pu-  
ritate conseruemus nihil penitus admitten-  
tes quod cor nostrũ inquinat vel conscienci-  
am reprehendat. Vt si aliquid irrepsit sta-  
tim vt deprehensum fuerit expellatur. So-  
lus enim de⁹ inspector est cordis: iuxta illud  
ij. Reg. vij. Tu solus nosti cor omnium fili-  
orum hominum: & illud. Homo videt in fa-  
cie: deus autē intuetur cor. Nam vt ait Bern.  
nihil facilius sedatur corde. Ante omnia au-  
tem ne mortal peccati macula irrepsit ca-  
ueatur ne aliquid de genere eiusmodi in no-  
bis regnet: ne dominet: ne aliquando cõsen-  
tiatur: dicentes semper in cordibus nostris